[illegible] comuni facere per syndicum dicte terre ad ista specialiter ordinatum que bona sic capta per com-
[illegible] possit potestas predictus laborari et coli facere et conservari per [illegible] talis delin-
quentis usque [illegible] gradum per ordinem procedendo ipsorumque cogi ad predicta personaliter et cum perpe-
[illegible] alias vendere opportunis bona ipsa dicto comuni de cetero vendere et alienare possit
pro libito voluntatis tamquam bona propria dicti comunis statuto aliquo contrario non obstante.

DE EXECUTIONE SENTENTIARUM. Rubrica XLVII

Cum sepe contingat condempnationes fieri maleficiorum in dicto comuni nec ipsarum fieri executionem ex quo multi
[illegible] ipsius sententie [illegible] non sortiatur effectum. Idcirco statuimus ut potestas et famu-
lia reddatur audacior quod cuilibet potestati dicte terre et eius vicario [illegible] liceat capere in personam [illegible]
[illegible] quilibet et condempnatum dicto comuni ratione maleficii commissi per eum [illegible] dicto capitulo vel in capi-
[illegible] dictum bannitum non permittere se capi [illegible] potestatis et eius vicarii et familie vel ipsum po-
testatem et familiam offendere vel velle offendere et propter [illegible] fuerit [illegible] quantumcumque [illegible]
[illegible] cum eius [illegible] et familia talis offenderet ad penam aliquam [illegible]
[illegible] vel maleficii et nihil [illegible] dicti capituli [illegible] condempnationis
[illegible] fecerit [illegible] intelligatur [illegible] condempnatus
[illegible] sive [illegible] sive predecessoris [illegible]
[illegible] signi sine ullo [illegible]

In persona ac bonis tam principalis quam fideiussoris pena exigetur nisi habeat esse ultimo mense sue potestarie quo casu si non poterit exequi minime teneatur de dicta condemnatione et quibus dati sunt fideiussores idonei. Et potestas predictus teneatur habere debeat a comuni dicte terre de omni eo quod venerit fieri in comuni terre quatuor per libram statutis aliis in contrarium loquentibus non obstantibus.

· Quod accusator possit accusatum extrahere · R.ca xlviii ·

non liceat appellare ante diffinitivam sententiam

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona accusaverit aliquem de aliqua iniuria vel offensa et infra dies tres eundem accusatum concordaverit et dicta accusa contraxerit volumus quod non puniatur neque in aliquam penam incidat. Item si aliqua persona commiserit aliquod delictum in personam alicuius de dicta terra vel foretaneis et infra tres dies offensus remiserit iniuriam et paciscetur cum offendente volumus quod non incidat neque incurrat in aliquam penam aliquo statuto non obstante: dummodo non fuerit delictum atrox aut sanguinis effusione aut cum fractura et debilitatione alicuius membri aut pro morte in quibus et retractio accusationis querele aut abolitio fieri non possit nec per subsequentem inter partes pacem concordiam tollatur pena in totum salvis tamen capitulis de mitigatione pene loquentibus.

· De appellationibus in criminalibus et civilibus causis et de procuratione contra comune aut aliter danificantes · R.ca xlviiii ·

Item cum sepe contingat quod appellationes fiunt in criminalibus et civilibus causis potius frustratorie et dilationis causa quam ratione iustitie non servatur ut de cetero appellandi frustra materia auferatur statuimus et ordinamus quod nullus cuiuscumque status et conditionis existat contra quem procederetur de aliquo maleficio vel excessu per potestatem dicti comunis liceat nec in criminalibus aut civilibus causis ante prolationem diffinitive sententie appellare nisi esset interlocutoria vel preceptum quod vel que haberet vim diffinitive sententie vel gravamen illatum cum diffinitiva sententia appellatum esse tale quod reparari non possit per appellationem interponendam, a diffinitiva sententia si placuerit appellandi licet appellare. Lata vero sententia cuilibet liceat appellare in decem diebus, et si contingat in criminalibus causis aut civilibus ad ipsum comune spectantibus appellare comune dicte terre predicte teneatur debeat tamen appellationem et causam prosequi pro utilitate dicti comunis. Et si contingeret appellationis iudicem pro comuni terre sententiam contra ipsum appellantem in expensis condempnari eundem teneatur potestas dicte terre et executionem dictarum expensarum facere in bonis dicte condempnate persone et compellendo personam et aliis remediis opportunis cum requirit summarie et de facto sine strepitu et figura iudicii [illegible] pro utilitate dicti comunis ad predicta quod si ratione vel occasione alicuius maleficii [illegible] que dicitur esse commissa per aliquem de dicta terra aut alicuius habitatoris aut aliis comuni quacumque ipsum comune gravari in aliquibus expensis aut in [illegible] litteras ex parte dicti comunis ad aliquam civitatem vel dominum [illegible] singularem personam [illegible] dictum comune quicquid solverit in predictis aut occasione predictorum [illegible]

Potas exigere ab illo cuius occasione facto dictu coe expsit gravatu i eo ppri: predicto faciē=
do contra eunde executione reali et personali quā ipē potas expedire d facto simpliciter et sine
strepitu et figura Iudiciij

De arbitrio potatis circa testes examinandos in criminalibus causis. R^ca^ L.

Item cu sit omnibus manifestu quod ppter probatione testiu nō facta i malleficiis i preteritu eo quia testes qui debent per tres dies i palatiu detineri citius velint i palatio morari sub tedio quā delinquentibus displicere ppter quod multa remanent mallefitia ipunita Ideo pro statu dce terre statuimus et ordinamus quod si contingat aliqd maleficiu comitti d extra in dicta terra aut eius comitatu per aliquē quod de extro esset comissu i presentia testium plurimu uel unius uel si apparerent legitima Iuditia d coniect q pro inveniendq veritate Potas dce terre habeat potestate retinendi i palatio testes predictos qualicumq tempore sibi placebit ut eius discretioni videbitur conveniu ab eisq veritate exquirere omnibus modis quibus potuerit ad hoc ut dicta mallefitia no remaneat ipunita aliq statuto dci comunis i contrariu loquente no obstante

De pena evaginatium arma i platea vel i portis. R^ca^ LI.

Cum platea et porte sint loca publica et magis honorabilia et maioris admirationis et con=versationis cu i illis locis sit maior conventus et congregatio personarum Ideo i maiori observantia corrigendis Id circo statuimus et ordinamus quod nullus cuiuscumq status vel conditionis exi=stat audeat uel presumat contra aliquē animo illu iniuriandi aliquod genus armorum evaginare uel cu aliquo genere armorum contra aliquē invadere vel adminari i dictis locis sub pena triu ducator: auri pro quolibet et vice qualibet qua fuerit contra factu exigenda ipso facto sine aliq pcessu et Camere dce Civitatis nostre seu Integre applicanda quā Potas dce terre exigere teneatur sub pena decem libr. den: d suo salario retinenda si i premissis uel aliquo premissorum negligens fuerit aliq mō quā pena soluta uel no oi mō teneatur [illegible] supradicta observari facere et adimplere

Quod si aliquod delictum remaneret ipunitum ex forma presentis statuti recurrat[R] ut infra. R^ca^ LII.

Item statuimus et ordinamus quod si i presenti volumine statutor per homines statuentes fuisset aliqd pretermissum tam i civilibus i criminalibus quā extraordinariis volumus et ordinamus quod re=curratur ad statuta mag^ce^ et excelse Civitatis Spoleti et secundu dictu statutu puniat tras=grediens i dictis causis supradictis dummō quod pene que exigentur vigore dictoru statutor applicentur Civitati terre nostre seu [illegible] si In presenti volumine statutoru fuerit uel appa=reret aliquod capitulū quod preiudicaret uel preiuditiu faceret quoquomō prefate Mag^ce^ et excelse Civitati Spoleti volumus quod ipso iure sit nullu

De pena improperantium iniurias vel recordantium iniuriose vel clamantium aliqua parte et non dantium favorem potestati et eius curie. Rubrica liii.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona [illegible] terre Mutine seu eius districtus terri=
=torii et districtus audeat vel presumat improperare vel recordari iniurias vel recordari
[illegible] sibi vel suis proximis factas vel illatas, velut mortes, vulnera, adulteria, supra
carceres vel proditiones, inebriationes vel percussiones vel sessitas [illegible] depositiones
[illegible] [illegible]. Seu similia non possit aliquam proclamare ut guelfos vel gi=
=bellinos vel aliis similibus ex quo aliquod scandalum vel rumor suscitetur, inquietatio
et turbatio pacifici status dicte terre Mutine cum sub pena [illegible] ad penam decem ducatorum auri au=
=ferendorum de facto sine processu, omni exceptione, appellatione remotis, et cetera [illegible] in
predictis [illegible] Comitatus Mutine seu applicandi. Item statuimus et ordinamus quod defensores
et consiliarii et omnes et singuli homines dicte terre Mutine seu de brancha [illegible] consilium [illegible]
[illegible] prestare domino potestati vel vicario et curie eiusdem quando fuerit requisitum pro
quacumque executione fienda sive civili sive criminali. Contra sub pena predicta decem
ducatorum auri vel pro omnibus aliis necessitatibus que [illegible] [illegible] [illegible] eius
[illegible] et officii concernentibus applicandorum et auferendorum ipso facto ut supra ab illis qui [illegible]=
=rint vel aliter fecerint. ✓

Defensores consiliarii et omnes homines dicte terre auxilium prestare debent in quacumque executione civili et criminali

De pena facientium caruffa. Rubrica liv.

Quia sunt aliqui qui falso profitentur se sciencia et arte reperiendi thesauros absconditos quam artem fingunt et simulant se scire dolose et fraudulenter ut decipiant. Seu et ad ea grossos et personas simplices que pro eorum [illegible] simplicitate ac et avaritate [illegible] et cupiditate acquirendi divitias facile credunt illis dicentibus [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] possunt obediunt illis dicentibus quod [illegible] thesaurus [illegible] non potest reperiri nisi cum multis signis auri et argenti [illegible] signis ipsi [illegible] [illegible] [illegible] et illi miseri et fatui credentes eis ponunt in manibus eorum decem ducatos auri aliqui [illegible] vel [illegible] aliqui quinquaginta [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] auri [illegible] illis signis que signa auri seu ducatos fingunt [illegible] illorum [illegible] in aliqua capsa vel in aliquo scrinio vel in aliquo loco secreto et bene clauso [illegible] illis non [illegible] eis usque ad [illegible] vel [illegible] [illegible] dicere quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] arte et habebunt thesauros [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] patriam illorum cum illis ducatis et signo auri que eis crediderunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] deceptis et illi dolosi [illegible] et facinorosi [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] trahunt facultates et substantiam illorum [illegible] subtractione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] patrie illorum quia vero [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Peccato et coram Regibus et ducibus et omnibus principibus et marchionibus et rectoribus et Iudi=
=cibus magni excessus et gravia delicta hoc perpetuo perpetuo silemus. Edicto ut aliquis homo
de terra Montis sancti vel eius castrum territorio et districtu audeat vel presumat aliquo
modo vel aliquo quesito colore in illud vel depredere directe vel indirecte publice vel
occulte dicta Carnuffa facere aut perpetrare vel similes subtractiones et deceptiones
extra districtum et territorium Montis sancti aliqua Civitate Terra vel Castro Ville vel
loco totius Italie vel facientibus predicta Carnuffa et subtractiones et deceptiones prestare
vel dare aliquo modo auxilium consilium vel favorem sub pena vigintiquinque ducatorum
auri ipso facto applicandorum Comunitati Montis sancti predicti ac sub pena restituendi duplum
eius quod subtraxerit illi persone que subtraxit restituendi et reficiendi omnes expensas
damna et interesse que et quas ex predicta causa et occasione passus fuerit vel in futurum
pati posset quas penas quas et singulas suprascriptas volumus ipso facto incurrere contrafacien=
=tes et volumus quod predictis adhibeatur plena fides illis quibus dicta Carnuffa et subtractiones
predictas fecerint si venerint ad dictam terram Montis sancti illi qui hoc modo decepti fuerint
ad faciendum accusationes vel querelas aliquas contra predictos corroborando tamen suas
complicationes vel querelas proprio iuramento et quod omnia ista sint vera Iudicia ad
subiciendum torture et tormentis si noluerint exsolvere et satisfacere ut supra illos carnuffa=
=tes et subtractores quas penas volumus et declaramus supradictos incurrere totiens quotiens
et pro qualibet vice et pro qualibet persona prefatum delictum commissum sit et prefatus
excessus fuerit perpetratus &c.

De pen. facientis questam in balivia seu questa alterius. R[ubric]a LV.

Statuimus et ordinamus quod nullus audeat vel presumat facere seu fieri facere per aliquam
interpositam personam aliquam questam baliviam seu procacciam seu fructus redditus vel proventus
alicuius queste seu balivie alterius petere percipere seu recipere aut petere vel perquirere seu recu=
=pi facere ut aliqua questa sub nomine cuiuscumque ecclesie monasterii vel hospitalis que ex=
=pectaret et pertineret ad aliquam personam de Monte sancto vel de eius territorio sine expressa
eius licentia vel mandato vel locatione vel alterius [illegible] concessione si quis autem contra fecerit
si fuerit sub nomine sancti Antonii de Vienna vel sancti spiritus in saxia de urbe vel sancti
Iacobi de alto passu vel sancte Marie de [illegible] vallis in [illegible] ducatorum auri condempnetur
et nihilominus [illegible] [illegible] condemnatus reficere teneatur pro aliis vero ec=
=clesiis et hospitalibus quibuscumque in vigintiquinque [illegible] condempnetur et in emendatione [illegible]
duplum ipsis partibus quibus [illegible] credatur [illegible] testimonialibus [illegible] Episcopi vel archi=
=episcopi vel archipresbiteri Abbatis [illegible] illius rectoris vel hospitalis [illegible]
fuerat tale questum factum fuisse [illegible] probationibus [illegible] petatur
illius ecclesie queste seu [illegible] fuerint [illegible]
quibus et molestiis [illegible]

[illegible]

q. sint et intelligatur legitime et perfecte et plene probata super quibus potestas et vicarius dicti dom-
moti seu tenuatur et debeat summarie et de plano perdatis ad petitionem cuiuscumque petentis mictere
quendam nuntium fidelem et idoneum partibus non suspectum caute et secrete ad investigandum de pre-
dictis. Et tale debitum per duos testes probatum sit et intelligatur iuridice legitime et plene probatum
probatione aliqua canonica vel civili vel consuetudine in contrarium loquente non obstante.
Et potestas et vicarius dicte terre montis seu in predictis circa predicta sit et esse intelligatur
iudex competens &.

De pena impedientium missas et alia divina offitia et predicationes. R.ca lvi.

Quoniam nonnulli ex humana sensualitate que ab adolescentia ad ludibria voluptatum in varios erro-
res prolabuntur contemnentes divina et salubria negligentes profanis moribus et nepharijs terrenis
felis modo clamoribus aliquando varijs et lascivis colloquijs aliquando ludis et iocis et sepe
venationibus et alijs diversis modis et actibus impediunt et turbant sanctam missam sacrifitia
et sacramentorum immolationes et olocausta et alia divina offitia que in diversis horis canoni-
cis celebrantur et et sermones et predicationes sanctorum evangeliorum. Volentes huiusmodi erro-
ribus et peccatis viam precludere universis statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel
presumat facere vel exercere ludos vel iocos aliquos et permissos cuiuscumque generis vel condi-
tionis existant neque venationes vel pugnas et coitationes canum contra boves et porcos neque
cursus equorum neque rumores vel clamores nec vana colloquia in platea montis seu neque iuxta
ecclesiam quando divine misse leguntur aut cantantur et sanctarum missarum sacrifitia cele-
brantur et alia divina offitia in diversis horis canonicis fiunt et observantur et similimodo
quando fit sermo et verbo dei preconizatur doctrina Iesu Christi et predicatur sanctum evangelium
et declarantur divine scripture. Si quis autem contra predicta vel aliquod predictorum facere
presumpserit incurrat penam quinque solidorum pro qualibet persona et vice qualibet ipso facto solvendorum.

De pena receptantis aliquem exbanditum. R.ca lvii.

Statuimus et ordinamus quod quicumque receptaverit seu associaverit aliquem exbanditum vel [illegible]
dederit eidem cibum vel potum vel dederit ei auxilium consilium vel favorem vel cibum vel potum publice vel
occulte et fuerit pro homicidio sententiatus qui contra fecerit [illegible]
[illegible] fuerit probatum [illegible] [illegible] faciens in predictis [illegible]
[illegible] medietatem illius pene [illegible] [illegible]
[illegible] probatio [illegible] [illegible] forma publica [illegible]
[illegible] habeatur et potestas sive eius vicarius predictas [illegible]
[illegible] inquisitionem [illegible] [illegible]

∴ finis tertij libri &.

3.ius lib. malefic

41v

Tabula quarti libri D. D.

De facientibus damnum in fumantis et in omni genere bladorum et fumatis, segetum, leguminum, in omni genere fructuum arborum, in ortis, aliis fructibus — Car: 42 R^ca 1
De pena damnum dantium cum bestiis in vineis, pergulis et plantis arborum fumantis — Car: 42 R^ca 2
De pena damnum dantium in fumatis, leguminibus — Car: 42 R^ca 3
De pena animalium forensium damnum dantium vel pasculantium sine licentia in territorio Montis sancti — Car: 42 R^ca 4
De pena D. D. in vineis, portantium plures quam tres raspos uvarum — Car: 43 R^ca 5
De pena forensium incidentium ligna in territorio Montis sancti — Car: 43 R^ca 6
De testibus examinandis in causis criminalibus vel super denuntiationibus, inventionibus D. D., super dictis causis publicis — Car: 43 R^ca 7
De pena pasculantium vel damnum dantium in terris signatis aliquo signo — Car: 43 R^ca 8
De pena incidentium silvas, arbores vindatas, custoditas vel incisas, et arbores fructiferas — Car: 44 R^ca 9
De minoribus dantibus damnum — Car: 44 R^ca 10
De pena dantium damnum in bonis forensium — Car: 44 R^ca 11
Quod non teneatur ad penam bestie damnum dantes per zillum — Car: 44 R^ca 12
De perceptionibus dotalis de penis D. D. — Car: 44 R^ca 13
De modo et ordine tenendo in emendatione D. D. — Car: 44 R^ca 14
De pena dantium damnum in bonis Badilis — Car: 45 R^ca 15
Quod quilibet debeat tenere Comunis ligatum — Car: 45 R^ca 16
De pena pasculantium in costa Montis sancti — Car: 45 R^ca 17
De tenentibus cadentibus in via, super via publica vel via communi vicinis — Car: 45 R^ca 18
De pena comedentium per paginas seu arbores silvestres in vineis, ordinibus, terris cultivatis — Car: 45 R^ca 19
De pena incidentibus in silva Vallis mobii — Car: 45 R^ca 20
De pena D. D. in gladibus, foliis arborum, avellanis — Car: 45 R^ca 21
De pena D. D. in vineis, aliis terris cultis, incultis, auferendo palos, alias species lignorum — Car: 45 R^ca 22
De pena D. D. in campis et auferendo vel vastando — Car: 45 R^ca 23
De pena D. D. in fumatis, vineis transeundo — Car: 46 R^ca 24
Quod nemini liceat colligere uvas, poma que remanent in vineis, arboribus postquam fuerit vindemiatum — Car: 46 R^ca 25
De pena vallerii non denuntiantis quemlibet dictis amico — Car: 46 R^ca 26
Quod officialibus D. D. possit precipere damnum dantibus in veridad et solvere ... damnum ... — Car: 46 R^ca 27
De ... officialium D. D. et eorum pena — Car: 46 R^ca 28

INCIPIT LIBER QUARTUS DANNOR(UM) DATOR(UM)

DE FACIENTIB(US) DANNUM IN FRUMENTIS ET IN OMNI GENERE BLADOR(UM) ET FRUMENTOR(UM) ET SEGETU(M) ET LEGUMINU(M) ET I(N) OMNI GENERE FRUCTUU(M) ARBOR(UM) ET I(N) ORTIS ET I(N) ALIIS FRUCTIB(US). R(ubric)a I.

[S]tatuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat facere [illegible] aliquod [illegible] [illegible] genere frumentorum bladorum seu segetum [illegible] vel [illegible] genere leguminum [illegible] arborum [illegible] ortis colligendo [illegible] allia cepas porros radices rapas et alia similia existentia in ortis [illegible] agris [illegible] vel [illegible] falciando [illegible] herbas [illegible] fructus [illegible] arborum [illegible] intelligimus [illegible] arborum [illegible] [illegible] [illegible] silvestribus [illegible] [illegible] [illegible] pena [illegible] [illegible] solvat [illegible] [illegible] [illegible] cogatur [illegible] probetur [illegible] [illegible] dictis [illegible] colligendo [illegible] vel [illegible] falce [illegible] vel herbas [illegible] intelligatur pro qualibet persona pro quolibet loco [illegible] qualibet vice sed si [illegible] aliquod animal [illegible] per loca predicta et pastor vel [illegible] vel alia persona loca predicta ad [illegible] [illegible] vel capiendum dicta animalia vel [illegible] [illegible] ea [illegible] locis predictis [illegible] [illegible] volumus quod non [illegible] aliquam penam nec cogi nec molestari [illegible] ad solvendum aliquam penam.

DE PENA DANNU(M) DANTIU(M) CU(M) BESTIIS IN VINEIS PERGULIS ET PLANTATIS ARBOR(UM) IUVENIBUS. R(ubric)a II.

[S]tatuimus et ordinamus quod si aliqua bestia magna [illegible] bovina mulina cabalina vel equina asinina caprina [illegible] porcina [illegible] [illegible] animalia [illegible] vel pergula [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro qualibet vice [illegible] loco [illegible] [illegible] [illegible]

Animalium [illegible] dent octavum mense non teneantur ad aliquam penam. Si damnum datum fuerit per dicta
se [illegible] grossa et magna ut supra in aliis arboribus sicut sunt plante iuvenes arborum fructi-
ferarum vel aliarum arborum plantate iuvenes et insitate et gubernate ut circumcirca sine illas
semitendo et adacquando et si damnum dederint in eas comedendo vel devastando teneatur
patronus et dominus solvere pro qualibet bestia vice et loco solidos sex. Simili modo si damnum
dederint in frumentis ordeis et omni genere frumentorum et leguminum et singulis et segetibus cro-
co et zaffarano et canapis et linis et ortis et omnibus fructibus seminatis vel positis
vel plantatis teneatur dominus earum pro qualibet bestia grossa et magna de mensibus in-
scriptis videlicet aprilis, maii, iunii, iulii solvere solidos quatuor et pro qualibet bestia minuta
videlicet capra pecude et castrone solidum unum. De ceteris autem mensibus pro bestia grossa teneatur
solvere solidos duos, pro bestia vero minuta denarios tres. Et si contigerit quod aliquis
laborator vel colonus laborando et seminando transiret per possessiones vicinorum seminatas
et per eas duceret aliquas bestias ad laborandum et seminandum aptas et necessarias, declara-
mus quod non incidat nec teneatur ad aliquam penam de mensibus inscriptis videlicet [illegible] et
octobris. Item si aliqua bestia grossa et magna damnum dederit in pratis teneatur dominus
et patronus solvere pro qualibet vice qualibet de mensibus maii et iunii solidos quatuor et pro
qualibet capra et bestia minuta [illegible] etc.

De pena damnum dantium in frumentis et leguminibus. R[ubri]ca iii

Si aliqua persona damnum dederit in frumentis leguminibus et similia existentibus in terra vel in agro
post messem videlicet in metis incidat in penam, pro qualibet persona inventa et reperta dampnum dedisse in predictis
videlicet abstulendo et asportando quadraginta solidorum, dummodo quod res sive granum et legumen
ablatum non excedat valorem quadraginta solidorum, et si excesserit puniatur pena furti. Et si
in predictis metis et frumentis damnum datum fuerit per animalia ea comedendo et devastando
et si fuerint animalia magna teneatur dominus eorum pro quolibet solvere solidos sex,
pro aliis vero animalibus minutis solidum unum pro qualibet et nihilominus in omnibus predictis
teneatur dare damnum seu dominus animalis dantis huiusmodi dampna resarcire damnum
datum domino etc.

De pena animalium forensium damnum dantium vel pasculantium sine licentia in territorio Montis Sancti. R[ubri]ca iiii

[illegible] statuimus et ordinamus quod forenses teneantur solvere pro qualibet bestia grossa dante damnum vel
pasculante in territorio Montis Sancti decem solidos et [illegible] intelligatur bestia grossa et pro qualibet
bestia minuta duos solidos et hoc capitulum intelligatur contra forenses [illegible] in quocumque loco

Territorij Motis sci et per loca inculta no obstante aliqua licentia Concessione et pacto cum aliquibus Terris Convicinis hactenus per nostros predecessores facti: que om͞a auctoritate presentis statuti irritamus et annullamus et pro irritata et annullata haberi volumus ℭ

• DE PENA D. D. IN VINEIS ET PORTANTIV PLVRES QVAM • TRES RASPOS VVARVM • R͞x c͞a V •

Statuimus et ordinamus quod quelibet persona sive masculus sive femina fuerit homo et quod humana et rationabilis Creatura fecerit vel dederit aliquod dampnum in aliqua vinea vel vite non sua sed aliena Colligendo uvas sive agrestas si fuerit de nocte solvat penam decem librarum denariorum: pro qualibet vinea et qualibet vite sive aliqua diminutione et si de die fuerit factum tale dampnum solvat penam medietatis et quinque librarum pro qualibet persona et pro qualibet vinea et pro qualibet vite exceptis forensibus advenis et extraneis quorum si aliquis Repertus fuerit in vinea aliqua in Territorio montis sci et non fuerint habitatores et de habitatoribus dicte terre et Territorij et transeuntes et peregrini tunc Cogatur quilibet ipsorum pro qualibet vi=nea et pro qualibet vite unum Carolenum solvere pro pena si non colligerit ultra supradictos tres Raspos si vero Colligerit plures quam tres raspos puniatur et cogatur solvere penam supradictam sicut ille qui est oriundus et habitator dicte terre et Territorij et decem librarum denariorum si re=pertus fuerit de nocte si vero de die medietatem et quinque librarum denariorum. Simili modo statui=mus et ordinamus quod quelibet persona supradicta sive sit oriunda et terrina de dicta terra Motis sci et eius Comitatu vel Territorio vel districtu vel incole et habitatores eiusdem vel comitatus vel forenses et advene et extranei sive transeuntes et peregrini si reperti fuerint in vinea vel extra vineam colligisse vel secum ferre et portare ultra et supra Tres raspos uvarum pro qualibet persona et plures quam tres raspos tunc Cogatur quelibet persona portans vel Colligens plures quam Tres raspos uvarum pro quolibet raspo uvarum solvere penam viginti solidorum sed non pro illis tribus raspis de quibus solis erat licitum et permissum et teneatur domino vinee et patienti dampnum emendare et restituere ab eo illatum pro arbitrio et extimatione proborum et bonorum hominum Si vero aliquod animal vel animalia Intraverit Aliquam vineam et similiter si pastor vel patronus et dominus et alia persona Intrant dictas vineas non Capiendi et de=randum vel fugandum dicta animalia ne dampnum darent si non colligerit uvas volumus quod non incurrat aliquam penam et non possint Cogi nec molestari ad solvendam … penam nisi ad emendandum et restituendum dampnum secundum extimationem proborum et bonorum hominum ℭ

De pena forensium incidentium ligna in territorio terre Montis Sancti. Rubrica VI.

Statuimus et ordinamus quod nullus forensis audeat vel presumat incidere vel [illegible] ligna vel aliquod genus lignorum amputare intus territorium dicte terre Montis Sancti et [illegible] fuerit [illegible] cadat in penam viginti florenorum pro quolibet et vice qualibet [illegible] et [illegible] ut sit [illegible] repertus fuerit [illegible] amputare [illegible] conducere ad curiam dicte terre qui habeat et habere debeat pro suo labore et industria medietatem dicte pene et alia medietas applicetur comuni et [illegible] dicte terre equali portione. L.

De testibus examinandis in causis criminalibus vel super denumptiationibus et mentionibus d. d. et super omnibus causis publicis. Rubrica VII.

Statuimus et ordinamus quod potestas et vicarius dicte terre nostri seu [illegible] debeat in causis criminalibus omnibus et quibuscumque et super omnibus denumptiationibus et inventionibus [illegible] super [illegible] singulis causis publicis examinare sigillatim et diligentissime omnes et singulos testes [illegible] quacumque ad testificandum [illegible] sine aliqua mercede et sine aliquo lucro vel salario et quod pro examinatione omnium et singulorum super dictorum testium nichil possit petere nec [illegible] et nichil recipere vel habere debeat [illegible] possit sub pena viginti [illegible] si contrafecerit quocumque modo. L.

De pena pascurantis vel dantis damnum in terris signatis aliquo signo. Rubrica VIII.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat per se nec [illegible] aliqua bestia vel cum aliquo animali cuiuscumque generis [illegible] per se ipsum [illegible] quocumque modo [illegible] aprilis [illegible] iunii [illegible] aliquod dampnum faciendo [illegible] vel colligendo [illegible] vel [illegible] agro vel predio alicuius signato cum aliquo signo [illegible] vel [illegible] aliquibus signis [illegible] agri signati per herba custodienda [illegible] pro feno faciendo sub pena [illegible] pro qualibet [illegible] [illegible] [illegible] et pro [illegible] rationabili [illegible] [illegible] solidorum octo [illegible] agri [illegible] signati super dictum [illegible] [illegible] alia vice [illegible] palatii

q(uod) i(n) loc(is) co(n)suetis a(n)ticta vadime(n)ta essent registrata i(n) libro potatis seu vicarij d(i)c(t)e t(er)re notis fancti sub penis predictis, et quod tenea(tu)r emendar(e) dampnu(m) passo. ⁋

DE PENA INCIDENTIU(M) SILVAS ET ARBORES MU(N)DATAS ET CUSTODITAS UT CRESCA(N)T ET ETIA(M) ARBORES FRUCTIFERAS. R(ubri)ca IX.

Statuimus et ordinamus et prohibemus ut nemo audeat vel presumat incidere silvas pri=vatar(um) personar(um) neq(ue) et(iam) arbores quercus iuvenes et alias arbores plantatas vel natas vel mundatas et custoditas et gubernatas ut crescant sub pena decem solidor(um) pro qualibet qualib(et) vice. Si vero esset arbor fructifera vitis, volumus quod incidat in penam unius flo=renij monete qu(od) inciderit ea(m), et perde(n)te propr(i)e co(n)signa(tur) terr(e) vel taliter quod perderet fructu(m) triu(m) a(n)nor(um) vel pluriu(m). Si vero inciderit seu scorciaverit eo mo(do) ut p(er)gsula(m) vel eius arbore(m) vel arbore(m) amidole vel olive vel arbore(m) mori vel noror(um) sive mori sive nigri vel albi vel alias arbores pomoru(m) et fructuu(m) quoru(m)cu(m)q(ue) vel insitor(um) fror(um) in arbor(ibus), volumus quod incidat i(n) pena(m) unius tucenj auri et quod tenea(tur) emendar(e) et restituere dampnu(m) passo. Si vero essent vites p(er)gule olive mori amidole nuces vel alie arbores sup(er) d(i)c(t)e i(n) t(er)rijs incultis sudatis vel silvestrib(us), volumus q(uod) eas incid(er)e vel cavare nulla(m) pena(m) incurrat sed i(m)pune faciat quicq(ui)d agit. Volumus aut(em) quod siquis inciderit vel scorciaret sup(er)d(i)c(t)as arbores vel vites punietur p(er) p(otest)ate(m) t(er)re vel d(i)c(t)e t(er)re i(n) libris quatraginta den(ariorum) q(ue) apparent i(n) libro malefor(um) in capitulo de co=...le secundu(m) q(uod) volumus puniri transgressores et inciderius et scorciaderius alienas vites vel arbores fructiferas ut sup(ra) vel arbores i(n) quib(us) vites a(n)nexe fuerint. ⁋

...MINORIBUS DANTIBUS DANNU(M). R(ubri)ca X.

...vinea...

...arbores qu... ...mus quod pueri et minores septe(m) a(n)nor(um) si da(m)nu(m) dederint in vineis i(n) agro suo cavi... vel alie(n)is rel(iquis) et bonis quibuscu(m)q(ue) no(n) incidat i(n) aliq(ua)m neq(ue)... ...incederit se(d) propter i(m)becillitate(m) etatis et nullo... ...nor(um) sed minores quattuordeci(m) a(n)nor(um) incurrant... ...rator(um) tenea(n)tur maiores v(er)o quatuordeci(m)... ...pena i(m)ponitur datis sup(ra) d(i)c(t)us qua...

DE PENA CAVA... DE VINEIS ORI NI... ...ORENSIU(M). R(ubri)ca XI.

...Statuimus et ordinamus quod nemo au(deat)... ...salices arbores silvestres existentes in vineis ve(l)... ...fuerit contra faciens incidat i(n) pena(m) pro qualib(et)... ...g liolo salice vel arbo(re) vigin(ti) solidor(um) denar(iorum)...

· Q(uod) nō teneantur ad penā bestie dānū · dantes · per · arzillum · R(ubri)ca XII ·

Statuimus et ordinamus quod siquis dānū dederit i(n) aliquib(us) bonis cu(m) aliquib(us) bestiis [illegible] vel scap(p)averint p(er) arzillū sive per timorē (et) paveri dānū fecerint dom(in)us [illegible] dictū dānū minime teneatur —

· De portiōe · potātis · de penis · D · D · R(ubri)ca XIII ·

Statuimus et ordinamus quod potas sive vicarius dc(ti) Co(mun)is qui pro tempor(e) fuerit habe(at) (et) habere debeat d(e) omnib(us) singulis dānis (et) qualitatib(us) pecunie per eu(m) exactis de dānis d(atis) (et) que pervenerint i(n) dc(to) co(mun)i occasio(n)e deniptiationu(m) fiendaru(m) p(er) valdarios pro suo labo(re) d(enarios) duo(s) de(narios) pro qual(ibet) libr(a) (et) cuil(ibet) valdarius habeat (et) habere debeat pro suo labo(re) q(ui) pervenerit i(n) co(mun)i predicto occasio(n)e deniptiationis per eu(m) fieri tres soldos p(ro) quali(bet) [illegible]

· De modo et ordine tenendo in emendatione · dānor(um) · dator(um) · R(ubri)ca XIV ·

Statuimus et ordinamus quod si contigerit alicui emendari debere aliquod dānū sibi datū per fo(rmam) pre(sentis) statuti loquentis de dānis datis servetur modus (et) ordo i(n)frascriptus v(idelicet) quod dictū [illegible] per duos massarios extimari eligendos p(er) valdariū sive valdarios terre sive ville ubi [illegible] (et) iterum qui massarii nō actineant patienti dānū i(n) primo vel i(n) secundo gradu (et) [illegible] recipere dc(ti) dānū qui massarius fuerit sive massarii fuerint dicta extimatio(n)is · S · bona fide (et) debeat extimare dānū sup(er) quo sunt periti (et) post dc(tam) extimatio(nem) · II · debeant i(n)telligere dānū datū secundu(m) extimatione(m) facta(m) p(er) dc(tos) [illegible] dānū collatu(m) i(n)fra quinq(ue) dies post dicta(m) extimatione(m) facta(m) [illegible] vel dc(tum) ipso proprio dānū patienti nihil dominus quinq(ue) [illegible] dc(ti) Co(mun)is pro quol(ibet) ipsor(um) (et) quol(ibet) vice qua [illegible] extimatione(m) nō fecerint post mandatu(m) eisdē [illegible] quinq(ue) dies solvat dānū pro quol(ibet) [illegible] soldos (et) tenea(n)tur relationē [illegible] mationē facere teneantur [illegible] dc(ti) massarii pro con[illegible]

· De pena dat[illegible]

Dannum in bonis banditis [illegible]

cum bove asino equo vel mulo. sol. bannum pro qualibet bestia et vice duos solidos si vero fuerint cum
pecudibus vel capris. sol. bannum pro qualibet vice et bestia sex den. In terris vero incultis volumus
quod non incurrat aliquam penam sed si bannum datum fuerit per personas rationabiles in statuto
per loca bandita volumus quod incurrat penam duorum solidorum.

QVOD QVILIBET DEBEAT TENERE CANEM LIGATVM. R(ubri)ca XVI.

Statuimus et ordinamus quod quilibet habens canem in monte sancto et eius districtu debeat ipsum canem
tenere ligatum a kalendis mensis Augusti donec vinee districtus montis sancti erunt vindemiate ad
penam trium solidorum pro quolibet et qualibet vice et hoc non vendicet sibi locum cum aliquis fuerit
in itinere veniendum si canis non fuerit ligatus.

DE PENA PASCVLATIS IN COSTA MONTIS SANCTI. R(ubri)ca XVII.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de monte sancto vel aliunde debeat pasculare
in costa montis sancti cum bestiis a colle arce veteris que vertit iuxta murum comunis usque ad
... canalis que vertit iuxta ad ... ... capitis ... ... et qui contra
fecerit. sol. bannum pro qualibet bestia grossa duodecim denarios et qualibet minuta
tres denarios.

DE FRVCTIB(VS) CADENTIBVS IN VIA ET SVPER VIAM PVBLI=CAM VEL VIAM COMMVNEM INTER VICINOS. R(ubri)ca XVIII.

Statuimus et ordinamus quod si quis recolligerit poma vel fructus aliquos qui vel
qui cediderint ex arboribus in via et super viam publicam vel comunem inter vicinos non incurrat
aliquam penam et quod ex predicta causa nullo modo possit cogi neque molestari Si quis vero
vinea vel agro suo recolligerit fructus cadentes ex arboribus vicini sui sive ...
arbores qui stant in agro vicini prope semitas et confines volumus quod ... sua vel
in agro suo cadentes possit ipsum recolligere et exportare sine metu et timore alicuius pene.

DE PENA CAVATIVM PROPAGINAS SEV ARBORES SILVESTRAS DE VINEIS ORTI NIB(VS) ET TERRIS CVLTIVATIS. R(ubri)ca XIX.

Item statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat cavare et auferre propagines
salices arbores silvestres existentes in vineis vel terris ... ... et si quis inventus
fuerit contra faciens incidat in penam pro qualibet persona ... propagine ...
... gliolo salice vel arbore viginti solidorum denariorum.

45v

DE PENA INCIDENTIS I SILVA VALLIS NIBBII · R^ca XX ·

[S]tatuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat incidere vel tagliare i silva vallis Nibbij aliquod genus lignor(um) sub pena et ad penam unius florinj monete pro qualibet persona et qualibet vice.

DE PENA DANTIB(US) DANNUM I GLANDIBUS ET FOLIIS ARBORUM ET AVELLANIS · R^ca XXI

It(em) statuimus et ordinamus quod si aliqua persona colligerit glandes de quercu aliena existente in de terra culturata recolligerit incidat in penam decem solidorum pro quolibet et qualibet vice si dampnum datum fuerit, salvis glandibus per animalia [illegible] que in [illegible] pascua [illegible] dominus ear(um) pro quolibet et qualibet vice solvere solidum unum. It(em) si aliqua persona dampnum dederit in [illegible] existentibus i terris culturatis de mense septembris et octobris vel colligendo folia incidat i penam quatuor solidorum pro qualibet persona et pro qualibet vice. It(em) si aliqua persona dampnum dederit in avellanis gentilibus existentibus i terris culturatis et prope vineas ear(um) colligendo incidat i penam quinque solidorum pro qualibet persona et vice.

DE PENA DANNUM DANTIUM IN VINEIS ET ALIIS TERRIS CULTIS ET INCULTIS V(ID)Z AUFERENDO PALOS ET ALIAS SPETIES LIGNOR(UM) · R^ca XXII ·

[S]tatuimus et ordinamus quod quelibet persona rationabilis [illegible] de dicta terra montis seu quam forensis habitans [illegible] terre supradicte que dampnum dederit i alterius vineis ordinibus et [illegible] culturato vel auferendo palos fiendulos perticas et alias spetiees lignorum incidat i penam viginti solidorum pro qualibet persona et qualibet vice. It(em) quod quelibet persona ut supra que ex silva alterius abstulerit ligna incisa et facta et i parculos collecta cadat i pen(am) [illegible]

DE PENA DANTIS DANNUM IN CANEPIS ET AUFERENDO VEL DEGUASTANDO · R^ca XXIII ·

It(em) statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat facere aliquod dampnum dare i [illegible] [illegible] [illegible] vel purgatum [illegible] et si dampnum datum fuerit per personas [illegible] auferendo [illegible] solidorum pro quolibet et vice qualibet [illegible] [illegible] generis [illegible] vel comedendo [illegible] [illegible] quolibet solvere solidos [illegible] patientis.

De pen. datis danu. i frumetis et vineis trasceudo. R[ubri]ca XXIV

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona [illegible] dampni dederit in frumento ordeis et aliis generis [illegible] et leguminum [illegible] transeundo de mensibus Aprilis maij junij et julij solidos [illegible] pro qualibet persona et vice [illegible] solidorum. de aliis vero mensibus non [illegible] ad penam nisi fuerit [illegible] [illegible] rationabiliter [illegible] per [illegible] in [illegible] mensibus [illegible] maij junij julij aug[usti] septembris et octobris usque quo non fuerit vindemiata [illegible] solidorum pro qualibet vinea et persona et vice [illegible]

Quod unicuiq[ue] liceat colligere uvas et poma q[ue] remanet i vineis et arborib[us] postquam fuerit videmiatu. R[ubri]ca XXV

Item statuimus et ordinamus quod unicuique liceat quolibet anno a die vigesima ottobris usque ad mense Aprilis [illegible] colligere uvas et poma que remanent in vineis et arboribus postquam fuerint vindemiatum et a dicta die [illegible]

De pen. vallarii no[n] denutiat[is] quot[idie] die dominico. R[ubri]ca XXVI

Item statuimus et ordinamus quod quilibet vallarius electus et deputatus per generale consilium [illegible] [illegible] ut consuetum est [illegible] debeat vinculo sui prestiti juramenti quolibet die dominico [illegible] et notificare offitiali dampnorum datorum [illegible] et [illegible] pro quolibet vallario et quolibet die [illegible] non [illegible] et [illegible] offitiali [illegible]

Quod offitialis d[amnorum] d[atorum] possit precipere danu[m] datib[us] ne rec[edant] de palatio et pastori bestiar[um] ut idicet danu[m] bestiar[um]. R[ubri]ca XXVII

Item statuimus et ordinamus quod offitialis dampnorum datorum qui pro tempore erit possit precipere et mandare [illegible] personis [illegible] dampnum [illegible] bestiarum [illegible] supra [illegible] palatio donec [illegible] non solverint [illegible] [illegible] pena quadraginta solidorum et qui contra fecerit [illegible] predicta [illegible] [illegible] [illegible] tertia parte [illegible] tertia parte [illegible] parte offitiali predicto [illegible] per dictum offitialem fuerit [illegible] [illegible] [illegible] bestiarum [illegible] pastor [illegible] [illegible]

offitialis et si recusaret incidat in penam viginti solidorum. Item volumus et ordinamus quod offitialis dannorum datorum qui pro tempore fuerit possit conducere unum custodem et guardianum expensis bolonenos terre suprascripte et expensis illius cui contigerit facere dictam custodiam si eam facere neglexerit et non venerit in tempore debito et de mensibus junij julij et augusti ac septembris possit eligere dictam custodiam et expendere bolonenos sex pro quolibet die suprascripte expensis in supra ac conditione apposita quod custos qui per unam diem erit non possit esse custos die sequenti et si esset non credatur.

·DE·AUTATE·OFFITIALIU·D·D·ET·EOR·PENA· R^ca· XXVIII

Statuimus et ordinamus quod cuilibet offitiali dannorum datorum et eius custodi liceat sit impune transire per vineas et possessiones territorij dicte terre montis seu dummodo quod ipse offitialis et custos non colligant uvas poma agrestas neque frumenta vel aliquod genus leguminum et si per dictos offitiales et custodes contra factum fuerit predicta colligendo puniatur per potestatem dicte terre in duplum illius pene in qua esset puniendus si esset alia persona de dicta terra secundum formam presentium statutorum et similiter puniatur dicti offitialis familia si inventa fuerit facere dannum et facere contra formam presentium statutorum et similiter in duplum puniatur eius bestie et animalia et unicuique liceat sit eisdem offitiales custodes et familiam et animalia predicti offitialis accusare domino potestati dicte terre et credatur dicto accusanti cum uno teste et unicuique liceat eisdem offitiales custodes et familiam perquirere seu cercare si portaverint plures quam tres racemos uve et si predicti recusarent incidat in penam viginti solidorum pro quolibet et vice qualibet que pene exigantur ad ius dicti potestatis dicte terre et applicentur per medietatem comunitatis eiusdem terre montis sancti et pro alia medietate potestatis predicto. Item volumus quod si aliqua persona de monte sancto seu forensis recusaret et nollet permittere se ipsum perquirere et cercare offitialis dannorum datorum incidat in penam viginti solidorum et predicta statuta in presenti libro dannorum datorum contenta volumus inviolabiliter observari et habere locum in preteritis in presentibus et futuris.

·Finis quarti libri

In dei nomine Amen. Anno d(omi)ni Mill(esim)o quing(entesi)mo quinquag(esi)mo sexto [illegible] 18
Inditione quarta decima tempore pontificatus s(anctissi)mi in [Christo] patris et d(omi)ni n(ost)ri
d(omi)ni pauli divina providentia pp. quarti die vero decima [illegible] mensis [illegible]
dicti anni

Pub(li)ca generalis arenga coi(s) et hominu(m) terre medii s(upradict)i congregata et co(n)vocata in sala
magna palatij dicti co(mmun)is [illegible] sufficienti numero et admissione continua
generalis co(n)silij terre medij s(upradict)i ad mandatu(m) [illegible] bap(tist)a [illegible]
[illegible] p(er) petru(m) bap(tista)m [illegible] loco solito ad sonu(m) campane
[illegible] In qua arenga ego Ant(onius) [illegible] potestas [illegible]
[illegible] feci ac proposui [illegible] licere [illegible]

In primis super [illegible] utilitate dicti co(mmun)is [illegible]
[illegible] consulatoris [illegible]

Petrus Ant(oni)j [illegible] unus in dicta arenga existens surgens et ad solitum [illegible]
invocatione divina premissa super [illegible] utilitate co(mmun)is dixit [illegible]
arenga [illegible] omnes et singuli [illegible] in manibus d(omi)ni cap(ita)nei [illegible]
admissi fuerint in [illegible] officio [illegible]
[illegible] d(omi)ni [illegible]
[illegible] sub pena [illegible] et in capitulis [illegible]
[illegible] capitulo [illegible]
Quod quidem dictum consultum [illegible] in dicta arenga [illegible]
[illegible] nemine discrepante [illegible] contradicente

In quorum omnium et singulorum fidem Ego Ant(onius) [illegible] de Spoleto pub(licus) [illegible]
[illegible] not(arius) [illegible] ordinarius [illegible] pote(sta)s terre medii s(upradict)i [illegible]
[illegible] subscripsi et publicavi et solito signo signavi rogatus [illegible]

Sig(nu)m mei Ant(onii) [illegible] omnium no(tarii) et pote(sta)s [illegible]

Priores populi Civitatis Spoleti

Suprascriptam reformationem coram nobis et advocato [illegible] exhibitam [illegible]
utilitatem publicam et custodiam [illegible] [illegible]
generalis cons(ili)j sub die 2a Febru(arij) instantis anni celebrati confirmamus et [illegible]
inviolabiliter observari mandamus In quorum fidem [illegible]
[illegible] die [illegible] Julij 1557

Incipiunt capitula et ordinamenta gabelle pedagii communis et hominum terre Motis sancti.

Statuimus et ordinamus quod transeuntes per territorium terre Motis sancti cum aliquibus infrascriptarum rerum [illegible] debeant gabellario sive gabellariis infrascriptas quantitates pro debita gabella pro qualibet infrascriptarum salmarum etc.:

Imprimis pro qualibet salma zaffaranorum solidos sexaginta	ß	60
Pro qualibet salma drapporum de syrico solidos sexaginta	sol.	60
Pro qualibet salma spetiarie sive merciarie	sol.	10
Pro qualibet salma pannorum coloratorum	sol.	10
Pro qualibet salma panni lini et bombicis	sol.	3
Pro qualibet salma lane	sol.	6
Pro qualibet salma lini seu canape	sol.	6
Pro qualibet salma guarnellorum	sol.	16
Pro qualibet salma pellium	sol.	6
Pro qualibet salma zeciorum	sol.	4
Pro qualibet salma vini	sol.	4
Pro qualibet salma grani	sol.	6
Pro qualibet salma piscium	sol.	5
Pro qualibet salma olei	sol.	8
Pro qualibet salma lignorum actorum ad laborandum	sol.	4
Pro qualibet salma fusium a ligno	sol.	6
Pro qualibet salma radicum [illegible]	sol.	2
Pro quolibet equo ad capistrum	sol.	8
Pro quolibet mulo ad capistrum	sol.	8
Pro qualibet bestia bovina	sol.	4
Pro quolibet centenario caprarum et pecudum	sol.	16
Pro qualibet salma casei	sol.	6
Pro quolibet centenario castratorum	sol.	24
Pro qualibet salma carte bambacine et pecudine	sol.	5
Pro qualibet salma ferri	sol.	4
Pro qualibet salma canapilii	sol.	6
Pro quolibet centenario porcorum grassorum	sol.	80
Pro quolibet centenario porcorum parvorum	sol.	40
Pro qualibet salma leguminum	sol.	6
Pro qualibet salma nucum	sol.	4
Pro qualibet salma paraturarum	sol.	4
Pro qualibet salma cominini	sol.	10
Pro qualibet salma gradio	sol.	6
Pro qualibet salma carnium salatarum	sol.	6
Pro qualibet salma robbie	sol.	6
Pro qualibet salma lupinorum	sol.	6
Pro qualibet salma ficuum siccarum	sol.	6
Pro qualibet valisia seu fardello	sol.	4

Pro qualibet salma cuniaij ———————— sol. ——— 6
Pro qualibet salma nucleorum ———————— sol. ——— 3
Pro qualibet salma uve passule ———————— sol. ——— 3
Pro qualibet salma anatiorum ———————— sol. ——— 6
Pro qualibet salma metalli laborati et non laborati ———————— sol. ——— 3
Pro qualibet salma plumbi laborati et non laborati ———————— sol. ——— 8
Pro qualibet dicte ———————— flor. ——— 2
De aliis vero rebus de quibus non esset determinata gabella de forma presentis tabule volumus
quod solvatur secundum magis simile etc.

Item statuimus et ordinamus quod si quis fraudaverit dictam gabellam seu pedagium incidat
in penam medietatis rei defraudate. Item volumus quod admictat medietatem illius salme
de qua non solverit gabellam et pedagium de forma suprascripte tabule et fraus intelligatur si
aliquis transierit infrascriptos confines videlicet Crucem Canalium passum Setrij sanctam Luciam
Renarium et molendinum Communis dicte Terre Montis sui. Et unicuique liceat fraudatores arrestare
retinere et quicquid a predictis exigeretur occasione predicte fraudis de forma predicti statuti
volumus quod arrestator et detentor predictus habeat et habere debeat quartam partem si non
fuerit gabellarius, aliam quartam gabellarius, aliam quartam applicetur Communi dicte Terre
Montis sui et aliam quartam potestati Terre predicte. Et si gabellarius arrestaverit vel detinu-
erit fraudatores predictos, tunc et eo casu dicta pena et fraus dividatur pro equali portione inter
predictos Commune potestatem et gabellarium. Casu quo dictus gabellarius non posset per se
arrestare et detinere suprascriptos fraudatores volumus quod possit precipere hominibus dicte Terre
seu vicinis habitantibus et manentibus quod ipsum gabellarium adiuvent ad predictos fraudatores
detinendos et adducendos ad Terram predictam. Et qui spreverint mandatum et preceptum dicti
gabellarii circa predicta exequenda incidat in penam quatraginta solidorum pro quolibet et
qualibet vice que pena exigatur de facto per potestatem dicte Terre et applicetur Communi predicte.
Item volumus quod si gabellarius prefatus exigeret a transeuntibus ultra illud quod est in
hiis determinatum de forma presentis statuti et tabule predicte incidat in penam [illegible] solidorum
pro quolibet soldeno illius plus quod exigeret contra formam predictam, que pena applic-
etur pro medietate potestati et Communi dicte Terre et pro alia medietate querelanti et patienti.

49v

TABULA QUINTI LIBRI EXTRAORDINARIORUM

De pen: extrahentium grassiam et bladi et victualia	Car: 50	R.ca: 1
De pen: illorum qui disturbant vel dissuadent forenses ne veniant cum eorum mercantiis ad terram Montis sancti	Car: 50	R.ca: 2
De pen: mensurantium pannum bassum cum ulna seu braccio ferri	Car: 50	R.ca: 3
Qualiter ponderentur carnes	Car: 50	R.ca: 4
Quod nemo possit plantare arbores prope terram alienam	Car: 50	R.ca: 5
De pen: extrahentium terminos	Car: 50	R.ca: 6
Quod quilibet accordet vel solvat cum illo a quo emit	Car: 51	R.ca: 7
Quod nullus comedat vel bibat ex pen: comunis	Car: 51	R.ca: 8
De pen: donantis aliquid alicui sponse	Car: 51	R.ca: 9
De pen: ambulantium de nocte sine lumine	Car: 51	R.ca: 10
De armis non portandis	Car: 51	R.ca: 11
Quod nemo portet ignem per terram Montis sancti	Car: 51	R.ca: 12
Quod nemo lavet pannos prope fontes	Car: 51	R.ca: 13
De fontibus et imo lavatoro	Car: 52	R.ca: 14
De seminando omnia genera leguminum	Car: 52	R.ca: 15
De cursu et confluentia aquarum	Car: 52	R.ca: 16
De pen: extrahentis aquam de cursu suo consueto	Car: 52	R.ca: 17
De pen: devastantis aliquas vias	Car: 53	R.ca: 18
Quod fiat forum quolibet die lune	Car: 53	R.ca: 19
De pen: facientis corruptum ad ecclesiam	Car: 53	R.ca: 20
Qualiter manuteneri debeat fossa comunis	Car: 53	R.ca: 21
Quod nullus faciat sgomoramentum iuxta muros comunis	Car: 53	R.ca: 22
De pen: vendentium vel ementium cum falsis mensuris	Car: 54	R.ca: 23
De modo et ordine vendendi carnes	Car: 54	R.ca: 24
Quod arcse caciorum vendator modo infrascripto	Car: 54	R.ca: 25
Quod retinentes pecudes forenses in territorio Montis sancti solvant quoque singulos pro celinario	Car: 54	R.ca: 26
De pen: retinentium capras	Car: 55	R.ca: 27
Qualiter cooperiantur domus in terra Montis sancti	Car: 55	R.ca: 28
Quod elevetur sgomoramentum super domum alienam	Car: 55	R.ca: 29
Quod siquis fecerit via malitiosa	Car: 55	R.ca: 30
De vindemiis faciendis	Car: 55	R.ca: 31
De modo et ordine vendendi vinum ad minutum	Car: 55	R.ca: 32
De pen: capientium columbos	Car 56	R.ca: 33

INCIPIT LIBER QUINTUS DE EXTRAORDINARIIS

DE PENA EXTRAHENTIUM GRASSIAM VEL BLADI ET BESTIARUM R[ubric]a I

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Monte sancto vel eius districtu vel aliunde audeat
vel presumat extrahere extra terram montis sancti et eius districtus aliquod genus bladi vel farine quod
esset vel fuisset de dicta terra vel eius districtu ad penam viginti quinque librarum denariorum et perditio=
=nis salme et bestie in qua portaretur exceptis clericis et laboratoribus possessionum ecclesiarum sancti Nicolai
de aqua premula et sancti Petri de Bolono qui possint extrahere granum et aliud bladum de possessionibus
dictarum ecclesiarum extra dictum districtum et exceptis illis forensibus qui habent possessiones in districtu dicte
terre et laboratoribus qui laborant possessiones aliquas extra districtum dicte terre qui possint bla=
dum de dictis possessionibus extrahere extra dictum districtum sine pena et bando et quod nulla persona
debeat extrahere de dicta terra et eius districtu aliquam aliam grassiam sine speciali licentia Potestatis
defensoris et consiliariorum dicti Communis qui contra fecerit solvat bannum penes se dicte et de facto auferatur
exceptis qui irent ad aliquas nuptias vel cum animalibus vel cum alio munere et illis qui irent
extra districtum ad vendendum aliquas bestias quod non possint impune portare et ducere. Voli=
mus et quod licitum sit illis qui venirent ad molendina communis ad macinandum quod possint
impune reportare farinam et illis qui venirent ad forum cum blado forensi quod possint extra=
here extra districtum si vendere non possent et quilibet possit denuntiare accusare et probare contra=
=facientes et sufficiat probatio quinque hominum et publica fama ubi dictum delictum commissum fuerit.

DE PENA ILLORUM QUI DISTURBANT VEL DISSUADENT FORENSES
NE VENIANT CUM EORUM MERCATIIS AD TERRAM MONTIS SANCTI R[ubric]a II

Statuimus et ordinamus et prohibemus quod nemo de dicta terra montis sancti vel eius comitatu
territorio et districtu audeat vel presumat persuasione consilio vel minis maioribus vel terrore
aliquo verbo vel facto vel cum aliquo quesito colore publice vel occulte tacite vel expresse
directe vel indirecte disturbare vel amovere agere facere vel attemptare quoquo modo quod mer=
=catores et homines forenses quicumque non veniant ad dictam terram montis sancti cum eorum mercantiis et
victualibus scilicet cum grano ordeo et omni genere frumenti et cum leguminibus omni genere leguminum cum
vino et oleo et cum pomis et herbis et omnibus fructibus et cum porcis et castronibus et pecudibus et cum agnis
et cum capris et cum caprettis vel hedis et cum carne et cum bovibus et [illegible] equis vel caballis
et cum omni genere animalium et cum panno et lana canapa vel lino et cum aliis rebus singulis

Rebus et bonis quibuscumque ad vendendum vel etiam ad emendum ... pretium palam et alias res et bona ... in dicta terra Mutine sive sub pena et ad penam decem librarum ... cuius pene applicandum Communi ... pro medietate et pro quarta parte ipsi accusatori et pro alia quarta parte ipsi ... quam penam volumus ipso facto incurrere.

De pena mensurantium pannum bassum cum ulna seu bracchio ferri. Rubrica iii.

Statuimus et ordinamus quod siquis vendiderit pannum de lana bassum et mensuraverit cum ulna seu bracchio ferri mercatis et non cum bracchio ligni ulna et mensura terre ... ipso facto cadat in penam viginti solidorum pro quolibet bracchio seu ulna et perdat pannum qui applicetur Communi Mutine sive ... pannus perditus applicetur ipsi emptori et panno ... intelligatur omnis panni non colorati exceptis pannis lombardis.

Qualiter ponderentur carnes. Rubrica iv.

Statuimus et ordinamus quod quicumque vendiderit carnes recentes ad minutum ... teneatur ponderare et vendere cum bilanciis usque in quantitatem quatuor librarum carnium et teneatur et debeat habere libram mediam libram et duas libras per se divisas ad penam quinque solidorum pro qualibet vice et persona que pena auferatur de facto perpetrantibus ... Communi et nulla persona vendens carnes possit nec debeat cum aliis carnibus ponderare capita alicuius bestie nec ... generibus infra ad dictam penam quibus possit ... accusare et teneatur secretum.

Quod nemo possit plantare arbores prope aream alicuius. Rubrica v.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat ponere vel plantare arbores prope aream alicuius ... vel ... propter quod vel que impediretur vel impedimentum faceret alicui ad ventilandum et qui contra fecerit solvat bannum viginti solidorum pro qualibet vice et persona et insuper ... debeat elevare et nulla persona debeat plantare aliquas arbores prope vineam alicuius ad unam perticam ... ad dictam penam ... arbores ... et hoc capitulum non intelligatur de arboribus ... edificandis.

De pena extrahentium terminos. Rubrica vi.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat extrahere ... vel ... alicuius terminum de terra et possessionibus alicuius vel ... possessionem suam ...

Et qui contra fecerit sol. bannum viginti quinque librarum pro qualibet vice et persona et terminum in pristinum statum reducatur etc.

Quod quilibet accordet vel solvat cum illo a quo emit. Rubrica vii

Statuimus et ordinamus quod quilibet qui emerit mobile ab aliquo et id receperit quod non secedat de loco vel de presentia venditoris nisi primitus solvat vel accordet pretium rei empte absque licentia venditoris et nihilominus tamen quod venditor ad minutum suffitiat et pignorat duplo valente concordat et qui contra fecerit sol. bannum quinque solidorum pro quolibet et qualibet vice etc.

Quod nullus comedat vel bibat expensis comunis. Rubrica viii

Statuimus et ordinamus quod si contigerit aliquem honorem facere vel fieri facere expensis comunis alicui domino de comestione vel potu quod nullus de nobis seu vel eius districtu debeat aliquid comedere vel bibere cum dicto tali domino vel dominis de bonis comunis nisi qui fuerit convitatus cum deliberatione consilii et qui contra fecerit in comedendo solvat comuni pro scotto quinque solidorum pro qualibet vice et qui contra fecerit in bibendo sine comestione solvat comuni pro potatione vice qualibet duodecim denarios et si quis subtraxerit aliquid de comunis predicto solvat bannum decem solidorum et restituat quod subtraxerit etc.

De pena donantis aliquid alicui sponse. Rubrica ix

Statuimus et ordinamus quod nullus vel nulla persona audeat vel presumat dare vel donare aliquas mancias donamenta vel res infra mensem postquam sponsa iverit ad domum viri alicui sponse et qui contra fecerit sol. bannum centum solidorum pro qualibet vice et nulla persona nec aliquis persona possit vel debeat dare vel donare alicui aliqua donamenta vel res et qui contra fecerit sol. bannum pro qualibet vice et cuilibet persone cui dederit quatraginta solidos. Volumus tamen quod sponsa et quilibet de domo sponse possit dare et donare sponso et omnibus de domo sponsi et sponsus et omnis de domo sponsi dare sponse et omnibus de domo sponse quicquid voluerit sine pena et de domo sponsi vel sponse intelligatur omnes illi qui stant et habitant insimul in una domo et ad unum ignem et ad unum regimen et nullus possit petere vel accipere ab aliquo sponso qui duxerit uxorem aliquam parchetta denariatam vel aliquid aliud aliquo quesito colore et qui contra fecerit solvat bannum pro qualibet vice quinquaginta solidorum et nullus possit facere aliquam corciatam vel leticiolum causa portandi ad nuptias sub dicta pena etc.

DE PENA AMBULATIVI DE NOCTE SINE LUMINE. R[ubri]ca X

Quia qui ambulat in tenebris odit lucem statuimus et ordinamus ut nulla persona cuiuscumque condi-
tionis existat audeat vel presumat ambulare de nocte post tertium sonum campane vel tertia hora
noctis sine lumine lucerne seu candele vel alia luce ignis sub pena decem solidorum quam penam ipso
facto incurrat sed hec pena non tenetur neque sint obligati minores quatuordecim annorum quia eos
non volumus dictam penam incurrere prohibemus etiam dicta lumina lucernarum candelarum seu alia luce ignis
portare sine laterna in et per circa loca suspecta et circa ea loca in quibus est palea seu stamina
stacche et frascine vel alia genera lignorum combustibilium et facilium dispositorum ad capiendum ignem propter
que innumera pericula ignis et incendii quibus ut deus advertat solet aliquando diverti et distrui civitates civi-
tates et oppida prohibemus autem sub pena predicta decem solidorum quam volumus ipso facto incurrere etc.

VII

DE ARMIS NON PORTANDIS. R[ubri]ca XI

Cum ex delatione armorum multa committantur scandala propter que turbatur quies et pacificus status terre
Montis sancti statuimus et ordinamus quod nullus de dicta terra Montis sancti seu habitator eiusdem audeat
vel presumat aliquo quesito colore per dictam terram Montis sancti portare arma cuiuscumque generis existant
nisi contingat ire vel redire extra dictam terram sub pena unius floreni monete ad rationem quatraginta
bolonenorum pro quolibet floreno de facto sine aliqua processu exigenda a quolibet contra faciente et qualibet vice
et camere dicte communitatis Montis sancti applicanda de qua nulla possit fieri gratia et potestas qui pro tempore
fuerit dictam penam exigere teneatur et si dictus potestas vel eius officiales fuerint negligentes in exigendo
dictam penam et in explorando et inquirendo circa predicta incurrat penam decem librarum denariorum de suo sa-
lario retinenda et nihilominus predicta observari facere teneatur et arma ipsa applicentur execu-
tori volumus autem hoc presens statutum habere locum et sortiri effectum etiam in forensibus qui volunt presump-
serint arma predicta portare et observari in omnibus et per omnia etc.

QUOD NEMO PORTET IGNEM PER TERRAM MONTIS SANCTI. R[ubri]ca XII

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat portare ignem discopertum per
dictam terram Montis sancti de una domo ad aliam et qui contra fecerit de facto solvat bannum quinque solidorum
pro qualibet vice et persona exceptis candela et lucerna accensis que possint in publicum portari et
bandiatur etc.

QUOD NEMO LAVET PANNOS PROPE FONTES. R[ubri]ca XIII

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat lavet vel lavari faciat
in fonte vel prope fontem communis nec aliquam aliam immunditiam facere in fonte predicta vel prope ipsum fontem

Nec aliquid ... per tres perticas ad perticam iusto ... sol. damni quinque
solidorum pro qualibet vice et persona et quilibet possit contra facientem accusare et credatur sacramento
accusatoris et teneatur in credentia et nemo debeat macerare vel mictere ad macerandum linum
vel canapam nec mittere coria vel corium vel coria prope dictum fontem ad dictam penam per ingressum
... lavanderia et bructumen fecerit prope alios aliquos fontes de districtu dicti comunis pe[r]
unam perticam solvat medietatem dicte pene et quod quicumque devastaverit vel destruxerit
fontem ... dicti comunis in aliqua parte quod ... sol. damni centum solidorum et si ... seminavit secun-
dum ... post devastationem predictam teneatur suis expensis reactare et in statum pristinum reducere
ad dictam penam et potestas possit procedere per accusationem et omni via qua potest et bandiatur qui-
libet ... per potestatem qui pro tempore fuerit.

DE FONTIBUS ET UNO LAVACRO. R[ubri]ca XIV

Statuimus et ordinamus quod potestas vel vicarius defensor et consiliarii ... qui
pro tempore fuerint omnes et singuli teneantur et sint obligati pro illo tempore quo durabit
eorum offitium unam operam ordinare quod quilibet focularis det unam operam costruendum reformandum
et manutenendum infrascriptos fontes et unum lavacrum bene sint bene costructi fundati et
reformati et primo aliquem fontem civitatis secundo fontem sancti Angeli tertio unum fontem apud ...
vince ecclesie sancte Marie et prope viam ubi est vena surgens scaturiens aque quarto unum
alium fontem a capite vince domini Hectoris de ... prope viam ubi est et vena surgens
scaturiens aque quinto quod debeant emere unum stadium terre de pecuniis dicti comunis in aliquo
loco habili prope fontem aliquem dicte civitatis ad quem locum habeat facile decursum aqua exiens
et fluens de dicto fonte et ibi faciant fieri amplum lavacrum in toto dicto stadio terre pro uno lavacro
in quo possint omnes mulieres lavare pannos et omnes homines ducere pecudes et cetera omnia animalia pro-
pter magna ad bibendum et habere ceteras commoditates et hec teneantur facere potestas vel vicarius
defensor et consiliarii suis dictis qui pro tempore fuerint sub pena centum solidorum quam incurrant
ipso facto si tempore durantis offitii eorum dicta opera non fecerint circa predicta et potestas tene-
atur cogere defensorem et consiliarios suos dictos ad omnia et singula suis dictis sub pena decem librarum denariorum.

DE SEMINANDO OMNIA GENERA LEGUMINUM. R[ubri]ca XV

Statuimus et ordinamus quod omnes homines de terra ... qui habent boves ... [illegible]
culturas agrorum et omnes qui non habent boves si super agros suos et terras suas seminant ordinarie
duas salmas grani sive per se ipsos sive per alios faciunt seminare quod teneantur et sint obligati
singulis annis seminare de omni genere leguminum et seminum infrascriptorum lentegna et ...

Cum vitare peccata eis videtur et placebit et si non de omni genere ad minus de quinque generibus
vz seminare fabas ciceres lentes cicerchias bisellos roveglias milium rapas canna-
pes linum et ponere cepas vel cepollas crochi seu zaffaranj sub pena decem solidorum pro quolibet
et quolibet anno qui non adimpleverit vel qui contra fecerit sed qui seminaverit de quinque
IIII · generibus de seminibus et fructibus supradictis intelligatur satisfecisse prius statuto ad socu-
rsum fratribus et cetera possimus facere vigilias et quadragesimas et observare ie-
iunia et ut vita nostra sit vita innocens sicut columba que vivit ex frugibus terre
et non sicut corvus qui vivit ex cadaveribus mortuorum etc.

· DE CURSU ET CONFLUENTIA AQUARUM · R[ubri]ca XVI ·

Statuimus et ordinamus quod aqua pluvia vel vena surgens vel aqua cotidiana et extima
non possit moveri de cursu suo aliquo et naturali sed si in agro alicuius ubi incipit fluere et ubi
cursum incipit vel ubi nascitur vel et in aliis prediis per que decurrit et haberit facere aliquod
dampnum ex eo quia aqua predicta ubi dormiret et quiesceret et cursus eius et confluentia ibi
arcentur et impedirentur propter que impedimenta circum circa dilatando se inundaret cum dampno
et iactura agrorum et prediorum supradictorum vel et si quis vellet dictam aquam ducere ad agros
ortos prata vel predia sua ut herba frumenta et segetes magis crescant et propter maiorem
fertilitatem volumus quod omnes convicinj et non solum contigui et proximiores sed primi et secundi
et tertij et vicinij vicinorum et omnes unus post alium successive de agro in agrum et de predio in
predium et si essent numero centum et si per centum diversos agros et centum diversa predia oppor-
teret transire teneantur et sint obligati dare cursum dicte aque et eam ducere per loca magis
naturalia et per cursum magis habilem et magis accomodatum et quilibet per agrum suum et pre-
dium suum et terram suam et per loca minus dampnosa usque ad aliquod flumen vel foveam vel
locum ubi non possit amplius dampnum et iacturam alicui facere Si quis autem contra fecerit
volumus quod incurrat penam viginti quinque ~~librarum~~ denariorum dicto Comuni applicandorum toties
quotiens contra fecerit qua pena soluta vel non volumus quod ad omnia et singula supradicta
omnimode teneantur et obligati sint etc.

D[e] PENA EXTRAHENTIS AQUAM DE CURSU SUO CONSUETO · R[ubri]ca XVII

Statuimus et ordinamus quod nemo sit ausus trahere aquam de cursu antiquo vel consueto nec impedire
aliquem cursum nec mictere vel dirigere aquam per locum non consuetum propter quod faciat dampnum alicui
consorti seu vicino ad penam viginti solidorum pro quolibet vice et persona et nihilominus teneatur

[illegible] dictam aquam per locum consuetum et solitum pollicis [illegible] salvo si esset de voluntate consortis sive adiacentium. Et si quis rehaberit vel prohibuerit aliquam ventam aque ad quam irent ad bibendum bestie vel ad colligendum aquam teneatur ipsam aquam reducere ad pristinum statum et solvere bannum centum solidorum. Et hoc locum habeat [illegible] ordinis predictis fuerint et vendiderint.

DE PENA DEGUASTANTIS ALIQUAS VIAS. R[ubri]ca XVIIII

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat cavare seu [illegible] zappare vel deguastare aliquam viam publicam vel communalem vel vicinalem et qui contra fecerit [illegible] dictam viam infra terminum per potestatem com[unis] sive eius vicarium statuendum [illegible] teneatur et potestas sive vicarius dicti com[unis] possit procedere per accusam et inquisitionem tenorum testium credibilium qui testentur [illegible] secundo die [illegible] dictam viam esse deguastatam occasione zappationis vel [illegible] per dictum guastatorem factum vel probationem per duos testes dictum bannum solvere teneatur. Et quod testes non teneantur accusatori in primo vel secundo gradu. Et non [illegible] sit licitum [illegible] dictam viam per suam possessionem non [illegible] alicuius cum licentia [illegible] maiorum et adiacentium. Et potestas sive vicarius dicti com[unis] una cum viariis dicti com[unis] teneantur vinculo iuramenti ire et discurrere dictas vias publicas com[unis] infra duos menses [illegible] sui offitii et ubi invenerint eas deguastatas cavatas vel occupatas vel [illegible] apprehensas facere relaptari et reactari per deguastatores dictorum viarum et eis dictam penam facere solvere teneatur. Et potestas dicti com[unis] teneatur et debeat infra mensem post ingressum potestatis sui vinculo iuramenti et pena centum solidorum per maiores dicti com[unis] [illegible] eligendos per ipsos viarios facere terminari secundum modum consuetum vias infrascriptas videlicet a porta sancti Iohannis dicte terre usque ad ecclesiam sancti Iohannis de Vollana et usque ad viam que vadit per [illegible] eundo a [illegible] et a porta fontis dicte terre usque ad villam Petrigravi et per ipsam villam usque ad fossatum [illegible] et a dicta porta [illegible] usque ad villam [illegible] et usque ad [illegible] et usque ad [illegible] vallis [illegible] Cruce Collis [illegible] usque ad aquam [illegible] et alias vias districtus dicti com[unis] ad [illegible] dicta terminatio [illegible] teneantur [illegible] possessionem dictas vias ad terminum assignandum per [illegible] et teneatur potestas sive vicarius [illegible] cum [illegible] Cinelli usque in capite ville [illegible]

[illegible]IAT FOR[UM] QUOLIBET DIE LUNE R[ubri]ca XIX

Statuimus et ordinamus quod [illegible] die lune [illegible] dicte terre et eius [illegible] teneantur [illegible] ad dictum forum ad [illegible] pro [illegible] vel [illegible] pro quolibet [illegible] per potestatem dicti com[unis] [illegible] alicui [illegible] per [illegible] forum ad [illegible] vel [illegible]

DE PENA FACIENTIS CORRUCTUM AD ECCLESIAM. R[ubri]ca XX

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat dum portantur ad aliquam ecclesiam aliquis mortuus sive mortua vel dum stant apud ipsam ecclesiam faciem suam vel pannos lacerare vel cappucium extrahere percutere manus vel plorare quod audiatur vel aliquod corrotum facere de ipso mortuo vel mortua nisi ad domum vel ante domum in qua commorabatur dum viveret vel decesserit ad penam decem solidorum pro quolibet contrafaciente et

QUALITER MANUTENERE DEBEAT FOSSA COMUNIS. R[ubri]ca XXI

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat facere aliquod ingomoramentum vel aliquid proicere in strata inter murum et fossum novum comunis nec in fossis novo vel veteri dicti comunis aut inter ambos fossos et qui contrafecerit solvat bannum decem librarum denariorum pro qualibet vice et persona et ipsum ingomoramentum debeat elevare et resarcire omne et quicquid deguastaverit occasione ingomoramenti predicti et quod nulla persona audeat bannum dare in locis predictis personaliter tagliando vel incidendo spinas vel alia ligna nec herbas facere et qui contrafecerit solvat bannum decem solidorum pro qualibet vice et persona et quod nulla persona audeat vel presumat dare bannum in locis et fossis predictis cum aliquibus bestiis bovinis asininis caballinis mulinis caprinis et porcinis eundo stando et pasculando per loca predicta solvat bannum dominus bestiarum pro qualibet vice et bestia quinque solidos. Si vero aliquis bannum dederit in locis predictis cum bestiis pecudinis pasculando eundo et stando per loca predicta solvat bannum dominus bestiarum pro qualibet vice et bestia duodecim denarios et quilibet de predictis possit accusare et duplicetur cum iuramento et teneatur in secreto et potestas qui pro tempore fuerit possit de predictis inquirere contra delinquentes procedere per omnem modum et viam quibus melius poterit et repertos culpabiles punire et habeat dictus [illegible] per [illegible] eo quod ad manus camerarii comunis fuerit pervenit occasione predicta et

QUOD NULLUS FACIAT INGOMORAMENTUM IUXTA MUROS COMUNIS. R[ubri]ca XXI

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat facere vel fieri facere aliquam foveam vel aliquod aliud ingomoramentum in viis et iuxta murum comunis propter quod sive quem murum seu viis possit [illegible] extra murum comunis deguastarentur modo aliquo. Quod faciens dictam foveam vel ingomoramentum teneatur reactare dictum murum ad eas vias omnibus suis expensis ad petitionem potestatis et consilii dicti comunis et potestas sive [illegible] dicti comunis predicta executioni mandare teneatur

Ad penam ... comittentes predictas pro qualibet vice ... qui fuerit ...
vel plenarii ... non ... per ... potestatis sive eius vicarii et pro ...
dicti ... se aliquem modo predicto ... sufficiat probatio unius testis ...
cum quinque testibus et publica fama ... bandiatur ...

·D· PENA VENDENTIUM VEL EMENTIUM CUM FALSIS MENSURIS· Rubrica XXIIII·

Statuimus et ordinamus quod omnes mensure cum quibus venditur vel emitur aliquod genus bladi et
vini sint et esse debeant ad iustam mensuram iustam mensuram . Que mensure sint et esse
debeant sigillate sigillo communis dicte terre Montis ... in hoc modo scilicet quod mensure bladi sit sigillate cum
sigillo sive stampa ad modum ... insignita que ... apparata que stampa retineatur per
massarios communis et mensure vini vel debeant medium foglietta et medium foglietam cum sigillo plumbi
cum simili stampa parvula similiter modo ... cum quibus venditur et
emitur sint sigillate et stampate cum simili stampa communis et similiter modo pondus florenorum et aliarum
monetarum sit et esse debeant ad iustum pondus et modum . Floreni vero parvuli et omnes
alie monete magne et parve expendantur ad iustum et modum . . In modo et eius
districtu volumus et quod oleum vendatur cum mensuris consuetis dicto modo sint sigillate cum plumbo
ad modum stampe ut supra et predicte mensure et pondera semper debeant esse iusta et recta que mensure et
pondera sigillentur per potestatem seu vicarium dicti communis vel per ... ipsius et quilibet
qui fecerit sigillari cum sigillo plumbi pro quolibet sigillo solvat et mictat in cippo communis quatuor
denarios de sigillatura nihil accipiat sigillator et camerarius communis semper habere debeat de
dictis bullis plumbi ad sufficientiam expensis communis si quis autem contra fecerit in vendendo vel emendo
vinum bladum vel oleum cum mensuris non iustis et non sigillatis modo predicto solidos ... pro qua-
libet vice ... solidos ... facto. Et si quis contra fecerit in ponderando cum ponderibus
iustis et sigillatis vendendo vel emendo solidos ... pro qualibet vice quinque solidos ... facto
et potestas sive vicarius dicti communis teneatur et debeat supradictas ... mensuras omnium
... ... melius ... tabernariis ... omnes mensu-
ras ... semel ... ebdomada ... repertas culpabiles puniat secundum formam presentis statuti
... potestas sive vicarius fuerit negligens in premissis solidos ... pro qualibet vice qua
contra fecerit ... solidos. Maior sindicatus ... teneatur ... de ... ipsius
... facere ... semel
[illegible]
[illegible]
[illegible]

De modo et ordine vendendi carnes. Rubrica XXIV

Statuimus et ordinamus quod quicumque voluerit vendere carnes recentes ad minutum possit vendere ipsas in platea iuxta plateam communis et bar(?) pro illo pretio et secundum formam danda per consilium dicti communis. Volumus etiam quod omnes carnes recentes que vendantur in terra Montis sancti veniant nunc(?) in platea communis et occidantur et interficiantur super platea et colligantur ... bestie ... ita quod in platea nec alicuius faciant aliquam bruturam(?) inconvenientem et qui contra fecerit solvat bannum decem solidorum pro qualibet vice et persona. Volumus quod nulle carnes mortaticine possint mitti in terra Montis sancti causa vendendi sed vendantur extra portam terre predicte et qui contra fecerit solvat bannum pro qualibet vice et bestia quadraginta solidos et predictis non possit aliqua licentia concedi vel obtineri possit, tamen quilibet extra dictas portas possit vendere dictas carnes pro suo libito et voluntate.

Quod circha cinciorum vendatur modo infrascripto. Rubrica XXV

Statuimus et ordinamus quod in arengo dicti communis eligatur quidam syndicus qui syndicus sic electus iuratus et debeat vendere circam et questam cinciorum consuetam pro illo tempore quo dicto arengo videbitur et placebit hoc modo quod circa bandiatur in platea communis ac etiam in arengo diversis diebus et plus offerenti detur dummodo dictus syndicus dictam circam vendere non possit nisi prius deliberatum fuerit per arengum dicti communis et obtentum per duas partes hominum stantium in dicto arengo et si aliter fieret non valeat ullo modo.

Quod retinentes pecudes forenses in territorio Montis sancti solvant quinque florenos pro centinario. Rubrica XXVI

Statuimus et ordinamus quod omnes forenses retinentes pecudes in territorio Montis sancti teneantur et debeant et sint obligati solvere camerario communis Montis sancti quinque florenos monete ad rationem quadraginta bolonenorum pro quolibet floreno pro quolibet anno vel pro qualibet statione videlicet pro spatio sex vel septem vel octo mensium pro quolibet centenario ipsarum pecudum. Hominibus vero terre Montis sancti et omnibus et singulis de dicta terra et eius districtu et territorio non tamen omnibus et singulis de una domo et una familia sed omnibus simul habitantibus in una domo et in una familia et [illegible] communiter quod omnes pro uno reputantur videlicet uno patre familias liceat pro eorum usu et totius domus et familie sue retinere centum pecudes ... et lactantes una cum agnis et filiis et filiabus suis et toto fetu et [illegible] annorum

S. ... cxx...

pasculare et pasculantibus in toto districtu et territorio dicte terre Montis sancti sine aliquo pretio sine aliqua mercede et sine aliqua solutione pascui. Hoc addito quod retinentes certum pecudum supradictarum non possint eas coadunare cum alia persona in uno stabulo sub uno pastore aliarum aliarum pecudum sed debeant separatim et per se retinere easdem sub proprio pastore et in proprio stabulo. Contrafacientes vero teneantur solvere sicut forenses quinque florenos pro centinario ipsarum pecudum que solutio pro forensibus tamen intelligatur de pecudibus agnis matonibus et castronibus et de omnibus cuiuscumque generis utriusque sexus si non tamen essent natis in illo anno pro quibus nihil solvere teneatur qui matrem lactantem eius ubera sequuntur etc.

De pena retinentium capras. Rubrica XXVII

Hoc presens capitulum fuit sublatum per generale arengam manu mei ... notarii et ... :

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Monte sancto vel eius districtu audeat vel presumat in dicta terra vel eius districtu capras aliquas retinere ad penam viginti solidorum pro quolibet et qualibet capra et vice qua fuerit per aliquem quocumque modo contrafactum. Liceat tamen in villis Perugii et Retinarii ipsas capras in perpetuum retinere prout voluerint pro eorum libito et voluntate etc.

Qualiter cohoperiatur domus in terra Montis sancti. Rubrica XXVIII

Statuimus et ordinamus quod si aliquis recohoperire vel recohoperiri voluerit in totum vel in parte aliquam domum in terra Montis sancti debeat cohoperire ad cuppos vel ad manias et bene maltatas et terra et aliter non et qui contra fecerit aliter cohoperiendo solvat bannum centum solidorum pro quolibet et qualibet domo etc.

Quod levetur ingomoramentum supra domum alienam. Rubrica XXIX

Statuimus et ordinamus quod quicumque habet aliqua ligna seu ingomoramentum super domum muro vel casarenum alterius quibus impediretur aliquod edifitium vel elevando domum ipsius vel domini vel casarenj teneatur ipsa ligna seu ingomoramentum quandocumque ad petitionem eius cuius esset domus murus vel casarenum elevare ex toto et tollere ad penam ... solidorum bannum ... non in preiudicium cuius essent dicta ligna seu ingomoramentum etc.

Quod si quis fecerit viam malitiosam. Rubrica XXX

Statuimus et ordinamus quod si quis fecerit viam malitiosam per possessionem alterius solvat ... solidorum pro qualibet via qualibet et credatur sacramento accusatoris ... non sit familiaris dicti accusatoris que pena ... [illegible]

De vindemiis fiendis. R(ubri)ca XXXI.

Statuimus et ordinamus quod omnibus et singulis dicte terre Montis sancti [illegible] eius Comitatus territorij
et districtus et [illegible] habitatoribus liceat et sit a prima die lune mensis ottobris et
postea diebus sequentibus quandocumque vindemiare et vindemias [illegible] suis facere
et colligere omnes uvas et asportare in domibus suis quolibet anno sine pena [illegible] quod dicta,
dicta die prima lune mensis ottobris predicti quomodolibet occasione vindemiarum faciendarum,
nullo possit aliquis impediri ideo vindemiis neque pro eis molestari nec in judicio nec extra
nec a Potestate dicte terre vel eius vicario et eius curia nec ab alia persona quacumque et [illegible]

(In margin: vedi in fine a c. 79)

De modo et ordine vendendi vinum ad minutum. R(ubri)ca XXXII.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat vinum vendere ad minutum
in terra Montis sancti et eius districtu sine licentia et apodissa potestatis dicti Comunis vel eius vicarij
in qua contineatur pretium ipsius vinj quod deliberatum est in Consilio dicti Comunis que apodissa
debeat poni et affigi in vegete carrato sive vaso illius vinj quod venditur vel vendere
voluerit et habeat et habere debeat vendens vinum predictum in eius taberna petittum medium
petittum foglietta et media foglietta iustas et sigillatas sigillo dicti Comunis et qui contra fecerit in
vendendo vinum sine apodissa predicta solvat: bannum pro qualibet vice qua contra fecerit viginti
solidorum et si aliquis contra fecerit in non retinendo dictas mensuras et qualibet ipsarum dicto modo solvat
bannum pro qualibet vice et mensura quinque solidorum et quod nullus possit in una domo sive taber=
=na vendere nisi de uno vino tantum et de uno vegete vel vase et qui contra fecerit solvat bannum
pro qualibet vice quadraginta solidorum et quilibet de predictis possit denumptiare et accusare et te=
=neatur in credenza et [illegible] predictos vendentes vinum [illegible] forma predicta teneatur et debeant
dictas mensuras [illegible] ad vendendum duorum solidorum pro quolibet et qualibet vice qua contra fecerit
fuerit et quilibet possit denumptiare [illegible] et eius nomen teneatur secretum. Et insuper volu=
=mus et ordinamus quod nullus possit vel debeat in terra Montis sancti [illegible] incipere [illegible] vendere
aliquod vinum emptum vel quod [illegible] ab aliquo [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nec
aliquis de dicta terra vel [illegible] [illegible] [illegible] terra vendiderit [illegible] vinum quod [illegible]
de vinea sua propria vel de qua [illegible] [illegible] ad laboritium et potestas dicti Comunis predicti
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] denegare et tradere apodissam [illegible] petenti, et [illegible] vendere vinum
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vinum vel ipsum emerit et
[illegible] emptum ipsum [illegible] [illegible] [illegible] apodissam [illegible] possit nec debeat [illegible] [illegible]

Apodissa dar nec licentia concedere donec aliquis vendiderit vinum suum ut predicitur et si
aliquis contra fecerit in vendendo vinum emptum contra formam et ordinem supradictos solvat bannum pro
qualibet vice qua contra fecerit centum soldorum. Et potestas qui concesserit licentiam vel dederit apodissam
contra formam presentis statuti pena simili puniatur et ipsa licentia concessa et apodissa non teneat
ullo modo et potestas qui pro tempore fuerit possit et teneatur et debeat in predictis et quolibet predictorum
in presenti capitulo contentorum summarie procedere et punire. Et quod vicarius teneatur et
debeat pena quadraginta soldorum ad minus semel in suo tempore suo memorare et recordare
omnes tabernas et vendentes vinum oleum salem et carnes et alias res ad minutum et diligenter
videre mensuras ipsorum cum quibus vendunt et pondera si sunt iusta et sigillata secundum formam
et affectum quod fiet per consilium dicti comunis et predicta teneatur executioni mandare ad petitio=
=nem cuiuslibet petentis.

De pena capientium columbos. Rubrica xxxiiii.

Siquis ceperit vel interfecerit columbos cum archiburio vel aliqua alia maccina vel instrumento
incidat in penam quadraginta soldorum pro quolibet columbo et procedatur contra transgressores per potestatem
dicte terre per inquisitionem et per accusam et credatur accusatori cum uno teste ac etiam possint trans=
=gressores ut supra puniri per offitiales bannorum datorum per iunctionem et similiter in predictis puniantur
venatores qui reperti fuerint tendere retia et laqueos columbis.

Finis quinti et ultimi libri
et laus deo amen

Contra [illegible]

56v

Infrascripta est copia cuius supplicationis cum rescripto obtent(a) a
mag(nifi)co consilio sp(ectabi)lium d(omi)norum antianorum Gibellinum ad primos potentis terre medicis s.
cum suo proprio originali de verbo ad verbum copiatam et talis est videlicet

Molto Mag(nifi)ci SS. et honorati consiglieri La universita et homini della
vostra terra di modesanto humili figlioli et subditi di VV. SS. magnifiche
esponeno nel odierno consiglio che havendo essi per la publica utilita alli
xi de aprile del presente anno 1563 nella loro gratia havenga ottenuto per
solenne decreto per mano de ser Gioanni campano a quel tempo loro [illegible]
e confirmatore per li magnifici SS. de quel tempo, che quelli sono soliti andar
alle [illegible] sop(ra) 25 anni possano e vogliano andarvi overo restarsene al loro
beneplacito e che sotto a detti 25 anni a misura di detta terra overo suo
territorio sotto qual si voglia quesito colore o pretesto sia licito ne manco possano
overo possa andar a dette [illegible] ne per padrone ne per garzone sotto pena
di cento scudi per ciascheduno che contravenesse et per ciascheduna volta
d'applicarsi alla magnifica Corte di [illegible] la mita et l'altra mita al comune
de detta terra, et al essecutore per egual parte al quale de [illegible] piacia per la verita
del fatto haver relatione et per che la intention loro non fu mai di fare
decreto che quelli non vi erano andati almeno per 25 anni non vi potessero andar
ma si bene che quelli che al hora erano soliti d'andarvi o maggiori d'anni
25 vi potessero andar e che li minori de 25 anni ancora che vi fossero andati
altre volte non fosse licito in modo alcuno andarvi, et trovandose altramente
stato per che el consultore sia stato male inteso o, non habbia saputo esprimere
bene la sua intentione supplicano le SS. VV. MM. che li piacia dechiarare
che detta reformanza s'intenda che quelli che non fossero maggiori di 25 anni
et soliti de andarvi non possano in modo alcuno andarvi et che li minori de
detti 25 anni a qual tempo che detta reformanza fu fatta non possano andarvi
se che dopo havessero passati detti 25 anni et che detta reformanza nel altre
cose habbia la sua forza et si osservi inviolabilmente non obstante qual si
voglia cosa in contrario, il che quantunque loro paia ragionevole nondimeno
reporteranno da VV. SS. MM. a gratia singulare le quale nostro S. Iddio conservi
felicissime. Attentis narratis audito [illegible] consilij concedat decreto con
gratia petita [illegible] et sic intelligatur confirmatam aliis in contrarium non
obstantibus — datum [illegible] sub die xiij decembris 1563

BĀDIMĒTA GENERALIA MAGNIFICE CIVITATIS SPOLETI CONTRA RECEPTANTES EXBANDITOS

Essendo per altri bandi ordinato per ordine del gnale Cōsiglio che nisciuna persona delli loghi del dominio della nostra Citta recepti alcuno bandito o Cōdēnato et Rebello de N. S.re et de dicta Citta et mino gli dia da magnar ne bever ne qual si voglia subsidio sotto pene che In detti bandi si contengono quali per Il pnte se Intendano esser Cōservati Per tanto volendo per lo advenir nisciuno de cio possa pretender Ignorātia li Mag.ci S.ri li S.ri priori del populo della Mag.ca Citta de Spoleti prefata et per ordine ancho del gnale Cōsiglio se cōmanda et prohibisce In la nostra Terra de Mōte scō. scō Iohānj e sano o Montecasir che nisciuno ardisca ne presume sotto qual si voglia quesito Color darj recepto bever magna=re o in qual si voglia mō subsidio. A banditj cōdēnatj et Ribelli de S. S.ta et de essa citta de qual si voglia sorte o cōditionē tanto Cittadinj como Contadinj districtuali Come anche forastierj de qual si voglia loco sotto pena alla pena de Vinticinq̄ scutj doro per ciascuno mancasse, o facesse quel che de sopra se cōtiene et altre pene secōdo che la Clementina se cōtengono Et le Communita officiali et Podesta siano obligati dal banditj Cōdēnatj, o, Ribelli capitādonj In detti lochi pigliarli et darli In mano della Corta de Spoletj et alli priorj che serranno per li tempi sotto pena Circa alle Corta de perdita de tutti suj privilegij et altre pene ad Arbitrio del gnale Cōsiglio quanto al podesta o officiale de perdita del suo salario et anche lu offitio et nō possendoli pigliar siano obligati subito farlo Intender alli prefatj Mag.ci S.ri che serranno per li tempi &

ALIA BANDA SUPER PREMISSIS

Al nome de Iddio Amē Anchora che per altri bandi sotto Il decimo terzo de Aprile 1539 per ordine del gnale Consiglio della Mag.ca Citta de Spol.to sia stato provisto Contra li recepta=turj de bānitj o Ribelli de N. S.re et Mag.ca Citta de Spoleto Nō dimeno per qualche ragio=nevoli effectj et ad fine che essi serra trovato delinquente nō possa allegar alcuna ex=cusationē Cōfirmando et approbando li medesimj bandi per tal Causa mandatj et penē che in essi si cōtengono nō preiudicando In modo alcuno se per Il passato alcuno fusse contravenuto Ma reservandone la actionē gnale de essi provveder Como la ragione permette desiderosi che per quanto se specta alla nostra Corta In lj lochi subiectj al dominio de questa Citta se mina Iustamente et che nō siano receptaculi de banditj et altri facinorose persone

Per tanto li mag.ci S.ri li S.ri priori del populo della mag.ca Citta de Spoliti per ordine et decreto del generale consiglio de essa prohibiscono vietano et commandano che non sia persona alcuna de qual si voglia stato grado, o, conditione si voglia essa et de qual si voglia modo de consanguinita affinita overo attinentia et cõniuntione ardisca ne presumi In le terre et castella che sono sotto Il dominio della detta mag.ca Citta come sono predicti S.ti Josarij et Jano et ne delli ... praticare, o, in alcuno altro modo dare recepto magnare bevere ad Iuto subsidio favore et come si voglia subvenire anchi sotto colore che vendite, o, che ogni altro contrario i loro case posses=
=sione A banditi et condennati In pena capitale, o, rebellione Jorrito dello stato ecclesiastico quomodo et da qual si voglia altro loco et del dominio et stato de Camerino et Ancora che sia cittadino cotadino, o, destrectuale de essa citta et In qual si voglia modo con essi co=
=versare scrivere ne fare scrivere sotto le pene et condennationi che sono tenuti ipsi banditi et Ribelli et condennati et piu et mino considerata la qualita delle persone et delli casi secondo lo arbitrio de loro signorie mag.ce et generale consiglio et se serra Citta sotto pena de ducati quattro cento et piu et meno ad arbitrio de loro M. S. da applicarse alla Camera della Citta de Spoliti dechiarando che qualuncha havera notitia della Contraventione del presente Bando incorrera in la predetta pena pecuniaria In caso che infra doi giorni dalli di della con=
=travent. non ne darra notitia et piena informatione alle loro S. M. et de piu se fa Intendere ad ogniuno che appalesando li detti contravenitori et non vorra essere nominato serra tenuto secreto gli serra usa=
=ta honorevole cortesia et se oltre gli detti adavisi opera con effecto che delli homicidij banditi Rebelli et condennati, o, alcuni de loro venghi in le mane et forze della corte serra gratificato della sesta parte de beni confiscati del predetto che fosse preso notificando che senza altro adviso vessi ... Il barigello del mag.co S.re loco tenente che In ciò li podesta delli detti locis serranno negligenti, a procedere et farne rigorosa ... ... de=
=chiaratione serranno et stanno privati del loro offitio et perdranno Il loro salario et non se sara in tali casi alcuno respecto et ogniuno se guardi dalla mala ventura In quorum fidem et ... Spoleti ex nostro Populari Palatio die ... maij 1542 et omisso sigillo

... Consilij ...

ALIA BANDA MAGNIFICE CIVITATIS SPOLETI

Al nome de Iddio Amen. [illegible] De ordine del generale Consiglio della Mag.ca Citta de Spoleto
sia stato expressamente prohibito alle terre e castella del dominio de dicta Citta lo receptar
Banditi e condennati de detta Citta e suo territorio e ancora delli altri lochi suggetti e non
suggetti alla sede apostolica e sopra cio siano facti e mandati bandi in detti lochi si come
appariscono [struck: [illegible]] la Cancellaria de detta Citta per maior cautela de novo se ordina
e confermano detti bandi. A cautela che nisciuno possa pretendere ignorantia e di novo per il presente
Bando li Mag.ci S.ri del populo della detta citta de ordine et decreto del generale consiglio
ordinano e comandano che nisciuna persona come de sopra ancorche fusse padre figliolo fratello
e in quale se voglia grado congiunto parente o attinente ardisca ne presuma in alcun modo
e sotto alcuno quesito color nelle loro case ville e possessioni o qualsivoglia altro loco dare
recepto, con per qualsivoglia breve spatio de tempo bevere magnare da dormire ne dare ad niuno
subsidio consiglio favore, o altra subventione con sotto color de cohabitatione comporre simili
ne parlare, o praticare sotto color de beni officij e usare alcuno acto, o termine sotto
pena e alla pena de ducento scudi d'oro da applicarsi ipso facto alla Camera della
detta Mag.ca Citta per ciascheduno et ciascheduna volta. Anchora chel se trova
Bandito, o condennato, o rebelle sera veduto publicamente o occultamente intrare in
qualsivoglia loco subiecto al dominio de detta Mag.ca Citta sia tenuta la Comunita
de quel loco sotto le medesime pene expresse de sopra nel presente capitolo a requisitione de qual
si voglia officiale e ministro de Iustitia pigliarlo e darlo in mano della corte et se
essi banditi condennati homicidi, o rebelli come de sopra se mettessero in defesa sia licito
